Inter Bobowski Zamoiski Bialynski et Wierzbicky Notio

Proposuerunt iudicialiter coram praesenti Capitaneali Castren. Lublinen. iudicio Instigator officij praesentis et Nobilis Valentinus Bobowsky delator actor et conquerens pars contra infrascriptos citatos citatione huiusmodi Capitanei Castren. Lublinen. tenoris talis Joannes Firley a Dambrowicza Capitaneus Lublinen. Vobis Generosis Thomae Zamoisky olim Illustris et magnifici Joannis Zamoiski Cancellarij et exercituum regni generalis praefecti filio bonorum villae Blinow ad oppidum Krasnik pertinen. haeredi necnon Ludovico Alexandro Marco Stephano filijs olim Generosi Matthiae Bialynsky vexilliferi Posnaniensis necnon Paulo Wierzbicky Judici terrestri Chelmensi eorundem bonorum villae Blinow possessoribus de omnibus bonis vestris mandamus authoritate regia et nostra Capitanei ex officio Vt coram nobis seu Judicio nostro Capitanei Castren. Lublinen. in terminis Judicialibus feria secunda ante festum Purificationis Beatae Mariae Virginis proxime ventura in Castro Lublinen. celebrandis, vel ijs deficientibus tunc in proxime venturis ad instantiam Instigatoris officij nostri tum et Nobilis Valentini Bobowsky delatoris actoris personaliter peremptorieque compareatis Quibus praesertim te Thomam Zamoisky cum assisten. Reverendi in Christo patris atque Illustrium et Magnificorum Georgij Zamoisky dei gratia Episcopi Chelmensis, Nicolai Zebrzydowsky Cracovien. et Stanislai Zolkiewsky Kijowien. Pallatinorum Vos quoque Bialynski cum assisten. tutorum Vestrorum quorumvis quorumque ...

aliquod ad gerendam rationem vestri et habere pretendunt cittant ad Cameniecz et de regno Poloniae dominiisque eiusdem annexis proscribenda adeo quia vos existentes inobedientes et rebelles et hoc ratione poenae trium marcarum ac maioribus quatuor decem marcarum pecuniae decreto Tribunalis Regni Lublinensis adiudicatae in causa vobis per eundem actorem ad iudicium terrestre Urzendowiense ratione non administrationis iustitiae cum laboriosis Joanne Ryczers Stanislao Slabosseki Joanne et Jacobo Rzepecki Jacobo Kosielek de villa Blinow subditis vestris uti complicibus laboriosi Stanislai Paduszeki principalis aliorumque complicum subditorum vestrorum de villa Strosa qui eidem actori una cum aliis complicibus vulnera certa in protestatione Castrensi Lublinensi et processu causae descripta intulerunt et inflixerunt processu causae istius latius continentur rei iudicatae non vultis satisfacere nempe vindicationem vestram de bonis vestris omnibus villis Blinow ac in eadem intromissionis lucrorum et relucrorum vadiorumque triplicatorum super vos et bonis vestris omnibus tam in iudicio Tribunalis Regni quam et officio nostro obtentorum et productorum noluistis et non vultis admittere cittamini igitur ad videndum et audiendum contra vos bannitionem decerni et per instigatorem publicari ad omniumque notitiam deduci ad praemissa in deposito instanti Datum in Castro Lublinensi feria sexta in crastino festi Sanctae Agnetis Virginis Anno Domini millesimo sexcentesimo decimo Et post propositionem huiusmodi modo praemisso factam deducto citationis legitimo de termino contentisque citationis sub verificatis petiit citatos ad iuramentum compelli reservatis reservandis

Citati vero reservatis sibi omnibus iuribus remedijs ad causam p̄
sentem necessarijs et salva ignorantia asserti processus petiverunt
ut Judicium praesens decernat actori deducere processum totum
ab origine sup̄ r[e]bus obtentum quoniam apparebit ex processu ma
le obtentum sig[nan]t[er] cittis q̄sequutionibus utebantur et cittones ad
prosequendum tam con[tra] officium quam con[tra] partem actoream extradi
derunt reservatis reservandis
A contrario actor processum suum sup̄ cittis obtentum ab origine de
ducere non teneri allegavit nisi ab ultima litis contestatione
iure com[mun]i dictante reservatis reservandis
Et iudicium p̄ntis Capitle Castren[sis] Lublinen[sis] controversijs partium
actoreae et p[ar]tis cittae vero p nobilem Christophorum Plattewski
plenipotentem suum cor[am] se factis bene diligenterque exauditis et
intellectis decrevit non teneri actorem processum cittis deducere
tantum ab ultima litis contestatione
A quo decreto pars citta motionem ad Judicia ordinaria ge
neralia Tribtis Regni Lublinen[sis] p mlem Generalem Regni p
viros Andream Zelasko interponebat quam motionem Judi
cium p̄ntis cittis non admisit de qua non admissa ac q̄sequendi
eius motione citti p̄dicti ministeriali suprascripto sunt prote
stati Judicium quoque eius nti est reprotestatum se non temere
verum iure mediante fecisse motionem cittis non admisisse
Tandem citti deduxerunt iudicio p̄nti male obtentum processum
ex his rationibus prima quia capitaneus Krasnen[sis] mi
norennis est secunda quod cittones ad prosequendas extradi
derunt ipse vero processum obtinuit post extraditionem cittonum
petierunt itaque citti p suum mandatarium processum tanquam
immundum sup̄ r[e]bus obtentum cassari et se ab eo liberos pronunciari

Memoratus vero actor processum suum bene et legitime observatis gra
dibus iuris obtentum esse deduxit rationes per citatos allatas in
validas et frustraneas esse comprobavit Quantum enim concernit pri
mam attinet Capitaneum Knesznien esse minorennem id in ter
mino primo pro aetatis non probatur quinimo actor annos ipsi
iam esse adiudicatos fecerit et nihilominus cum assistentia tutoris
ipse in Judicium per actores vocatus est Quod autem citati inferunt
processum hunc post extraditas citationes ad prosequendum motores
esse obtentum neque id citatos iuvare potest neque cum modo citationes
in executione rei iudicatae locum habere non possunt tum quia actio
actionem de iure retardare nequit petens ut iudicium praesens
bene obtento processu admittento eidem procedere decernat alijs
iuris beneficijs in robore reservatis
Et iudicium praesens Capitaneale Castrense Lublinen in controversijs
partium suprascriptarum per suprascriptas personas deductis coram se fa
ctis bene diligenterque exauditis bene obtentum esse processum admi
sit et citatis ulterius procedere decrevit
Quam sententiam et decretum praesens pars citata pro iure non suscepit
nec in eo acquiescere voluit verum ab eo et cum eodem Ma
gnificum Joannem Tarlo a Szczekarzewice Capitaneum Lublinen
ad iudicia ordinaria generalia Tribunalis Regni Lublinen proxime ce
lebranda per instantem generalem Regni Andream Zelasliomo
uit terminum ipsi sententiae expurgandae sibi vero et parti motioni
et causae suae prosequendae inter causas Pallatinatus Lublinen praefigen
do
Quam motionem praefatus Magnificus Capitaneus Lublinen
parti citatae admisit terminum partibus modo praemisso inter causas
Pallatinatus Lublinen conservando